

Legatorum
ius sanctum.

rum sanctum & inuiolabile, cum hominum præsidio munitum, tum diuino iure defensum, quod etiam inter bella & hostium tela incolume seruabatur. Fuit ergo proprium collegi faczialium, tam de bellis iustisq; foederibus, pactionibusq; & conditionib; populorum, regum, terrarum & nationum, quam de illatis iniuris, socijs, foederatisq; gentibus cognoscere, raptrq; & hostili modo devastata, belli iure repetere: tum si hostes æqua postulent, aut si præter legem foederis, se aliquid perpeccos querantur, si sponte, aut læsi & lacefisi arma sumplerint, si infida pax seruanda, si inducere aut bella iuste indicata & pacta sint, si petita ex foedere danda, si autores defectionis depositi, si contra fidem conuentionis & ius gemitum venire liceat, animaduertere: belli pacisq; iura ex qui, & perpenso iudicio estimare. Quæ uerba iuris facialis sic habent: Belli, pacis, foederum, induciarum, oratorum, fecales iudices sunt, & infra. Sed tamen ea foedera pactionesq; quæ cum sochis inire decet, fecales sancire, aut pacta cōcipere, haud aliter poterant, q; si consulis aut prætoris autoritate intercedente, senatus consulfo iustusq; populi permisum fore: iniulus enim populi, aut citra senatus autoritatem, nihil sanciri posse quod populum teneat, haud dubium est. Fiebat enim senatus consulfum in hac uerba, ut prius uerbenas priuosq; lapides prætorem poscerent: qui uerbenæ ex arce & sagmina (herba enim genus est) ac lapidem silicem ex templo louis Feret h̄ daret, facialis lessq; ea secum ferrent, ac porca adhibita, ueteri prafatione præcis carminibus, ad præstitutam diem, in foro, seu ubi conuenierat, enunciatis, facialis sceptrū manu tenens, pro louis simulacro, tanquam is foederi adhibetur, filo lance capite uelatus, & uerbenæ coronatus, Jouem, Martem, cæterosq; obtestari deos, & dira obsecratione precari debebat, ut si quis eorum foedera uiolasset, aut illa sc̄ens falleret, ita illum lupiter ferire, quem admodum ipse porcam percuteret. Quibus obtestationibus q; sanctissimum prolati, secundum rem diuinam practionemq; lapide filice porca percutiebat: mox aqua & igne in sacris adhibitis, illam immolabant: qua cæsa, iura pacis & foedera conuenta, ista esse ritè putauere, hæc fidem socialē & sanctissimum foedus esse arbitrati, quo nihil sanctius firmiusq; fuit: idq; ante meridiem, & primo diluculo: nam post meridiem eas pactiones facere, aut foedus percutere non licebat. A principio tamen conditæ urbis, in foederibus pacis pactionibusq; pro uerbenæ myrtus sumebatur. Apud Græcos nisi præcoibus adhibitis, legatos minime hostium fines ingredi decebat, neq; legationis munere fungi quenq; ni prius infusa aqua, ab eisdem manus abluiissent, louiq; coronatis pœnalis propinassent. Hi tamē legati, qui cum patrijs sacris Olympum aut Pythiam missi erat, facili; qui uero foedera percutiebant, quasi pacis arbitri & interpres, auctor ogoðos dicti. Quæ foedera pactionesq; postq; cum exterris & ultimis gentibus inita erat, Romani in templo Capitolini louis, col umna aut æneis tabulis insculpta, ut perpetua monumēta extaret, nonnunq; in fastos & annales referebat, aut in æde louis Piscis in clypeo ligneo, corio bouis immolati inscripta. Græci in louis Olympi templo, & in arce Athenis, tā quā in abdito quodā: plerūq; tabulis ex antiquo ære, ut essent testata monumētis, sancta & sacra habuerent: nonnunq; in Isthmo aut ludis Pythijs, foedera ista & leges dictas, pactionesq; erecti titulus perpetuo tēpore duraturis publicabant. Atheniensis plerūq; intera urbē, Lacedæmonij in Amykleo societatum & foedera tabulas, fidei custodia seruabant. Eratq; Romanis constitutum, ut nunq; cum hoste armato conditionē foederis acciperent, neq; citra senatus aut populi iuslum societas & foedera inirent, neq; cum aliis pacato imperio uti, ni prius omnia diuina & humana tradidissent, & præsidium accepissent, aut deniq; societate & foedera adstricci essent. Feritq; Atheniēles nunq; nisi in ueste pulla, & malis uictos, pacē & foedera inisse. Qua re significabat, suorum clade admonitos, & ultima ductos necessitate, post innumeras caedes uiribus extenuatis pacem petere. Carthaginenses & Siculi foedera & inducias non per fecales, sed per tubicinem sape iniuerunt. Apud Græcos uero exteræ nationes foederum percutiendorum multimoda species erant: nam porco, ariete & taurō immolatis, pacis foedus inire, & res repete solebant, qui belli tempore caduceatores dicti, in pace uero legati. Ex quibus fierebat pleriq; foedera, uel pane præciso, & inuicē gustato, aut uini poculo epoto. Non nulli agnum marem cādidi uelleris, agnā uero pullā adhibebat: atq; ex utriusq; uerti-

Feiales nī
hil poterant
nisi prætoris
autoritate,
aut senatus
cōsulio inter
cedente.
Foederis per
cūiendi care
monie.

Tempus fo
deris percur
endi.

Græcorū ex
remoz in
succipendi
legato hosti
um.

et uox opōs,

Post foeda
ria in
Græci.
Atheniēles.

Lacēdoni
Ro. consti
tutum
Athe. quidō
foedera ini
bant.
Carth. Sic
ili per tubic
inem.
Foederis per
cūiendi mos
apud exteris
Caduceato
res.
Legati.

rum, qui cum hoste armato conditionē foederis acciperent, neq; citra senatus aut populi iuslum societas & foedera inirent, neq; cum aliis pacato imperio uti, ni prius omnia diuina & humana tradidissent, & præsidium accepissent, aut deniq; societate & foedera adstricci essent. Feritq; Atheniēles nunq; nisi in ueste pulla, & malis uictos, pacē & foedera inisse. Qua re significabat, suorum clade admonitos, & ultima ductos necessitate, post innumeras caedes uiribus extenuatis pacem petere. Carthaginenses & Siculi foedera & inducias non per fecales, sed per tubicinem sape iniuerunt. Apud Græcos uero exteræ nationes foederum percutiendorum multimoda species erant: nam porco, ariete & taurō immolatis, pacis foedus inire, & res repete solebant, qui belli tempore caduceatores dicti, in pace uero legati. Ex quibus fierebat pleriq; foedera, uel pane præciso, & inuicē gustato, aut uini poculo epoto. Non nulli agnum marem cādidi uelleris, agnā uero pullā adhibebat: atq; ex utriusq; uerti-